

Sigismundus Primus Rex Poloniae
 Janusio Szwerczewski Castellano Becens

Generose ette —

294

Adulit nobis Zakozeuski: literas tuas,
 quibus nobis declaras id, quod Dominica
 Die, cum Ducibus Masovia, tibi responde-
 runt. Nos graviter et indigno animo fe-
 rimus, quod Illi, qui ad nos cum querelis
 confugerunt, recusant deinde id, quod pro
 Pace et quiete eorum statuimus, suscipere.
 Sed et miramur, ac molestè ferimus, quod
 tu accepta à nobis sufficienti Instructione
 quid agere isthuc deberes, petis demum per
 literas edoceri. Evidenti volumus et man-
 damus, tibi, ut ea quae tibi commisimus,
 et in quibus à nobis missus es exequaris
 suscipiat aliquis vel non suscipiat. Nos
 enim demum sciemus, quid facere, cum hac
 re debeamus, et libenter videbimus, quis ex
 subditis nostris infringere, aut levipendere
 mandata nostra ausus fuerit. Tu vero factò
 officio tuo ad nos redeas. Pro gratia Nostra Dat.

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]